THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT, U. A. ALDOBRANDINUS DE TUSCANELLA
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh. Seite 118v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



celor. Janua enim huius regni
est xpc qui dicit. Ego sum osti
um per me siquis introierit salua
bitur. Hec autem ianua est humil.
secundum quod ipse dicit de se. Mt. Disci
te a me quia mitis sum et hu
mil corde. Vnde Aug. Qui non
seruat humilitatem longe est a
magistro humilitatis. Item superbi
expulit eos qui non potuerunt
stare. humilitas intromittit quod
possunt in perpetuum stare. Item Petrus
apostolus. Deus superbis resistit hu
milibus autem dat gratiam. Superbi
autem non spectant ad regnum
dei sed ad regnum dyaboli. libro
Job testante in quo dicitur. quod ipse est
rex super omnes filios superbie
¶ Quarto illud regnum eter
num et inamissibile. quia nullus
inde potest aliquem expellere. nisi deus
qui dicit. Et eum qui uenit ad
me non eiciam foras. Est ergo illud
regnum inamissibile. quia qui se
mel introducitur non potest inde
eici. et est eternum. quia nullo fi
ne potest claudi. secundum illud Luc.
Regnabit in domo iacob in
eternum. et regni eius non erit
finis. Domus iacob est societas
omnium sanctorum qui usque ad trium
phum. i. usque ad huius uite exi

tum pugnauerunt contra mundum
et carnem et dyabolum. in quibus et
xpc regnabit in eternum. et ipsi
in xpo et cum xpo regnabunt in eter
num. Et in ps. Regnum tuum
regnum omnium seculorum. etc. Et dan
potestas eius potestas eterna. que non
auferetur. et regnum eius regnum eter
num quod non corrupetur. sed quibus
dabitur illud regnum eternum et in a
missibile. certe pacientibus. quia
nulla temptacione uel tribulacione
uel aduersitate uel prosperitate po
terunt corrumpi in uoluntate nec
auelli a xpi amore. sicut fuerunt
martires. Tales enim boni mi
lites per fortitudinem et paciam
suam merentur regnum celorum. secundum
illud Mt. Beati qui persecucionem pa
ciuntur propter iusticiam. quoniam ipsorum
est regnum celorum. Et illud Ja.
Beatus uir qui suffert temptaci
onem quoniam cum probatus fuerit acci
piet coronam uite. Sic fuit do
minus temptatus. sic apostoli et omnes
sancti. et ideo digni fuerunt illo regno
Deliciosi uero et accidiosi qui ni
chil a spiritu possunt pati. et siquid boni
incipiunt. cito deserunt. si pulsantur
aliqua temptacione statim sub
cumbunt. illi qui missas et ser
mones audire nolunt. tales